

CAP.37. *absconditi gustent.* 283
tis & cōsolationis divinæ correpti, to-
to animo, & ex intimis sensibus in Deo
exultarem⁹. Nihil enim anima huma- *Anima
humana*
na majus est, cum Deum nec non cœ- *magni-*
lum & terram gaudibunda liberaque *tudo d⁹*
concepit: nihil eadem minus, cum se *humili-*
corā Deo humilians infra omnes crea- *tas.*
turas abjecit.

CAPUT XXXVII.

EOS QUI CHRISTUM IN VITA
non sequuntur, non posse à cordis sui
cēcitate liberari, sed manere in perpe-
tuis tenebris; adhæc non posse verè
Christum cognoscere vel participare,
nec seriam pœnitentiam
agere.

I.Joh.i. *Deus lux est, & tenebrae in eo*
non sunt ullæ: si dixerimus, quo-
niam societatem habemus cum
eo, & in tenebris ambulamus:
mentimur & veritatem non faci-
mus. Si autē in luce ambulamus,
sicut & ipse est in luce: societatem
habemus ad invicem.

UT lucis & tenebrarum naturam
rectè intelligam⁹, operæ pretium
est Lucis definitionem inquirere:
quam